


Joachim Ernst Berger   Joachim Kern

## **Positiones Extemporales, E Sophicis Desumtae**

Rostochi[i]: Richelius, 1689

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732449529>**

Druck   Freier  Zugang



R u phil 1089



72  
70  
72  
4-5  
A. S. S. A.  
POSITIONES EXTEMPORALES,

E

# SOPHICIS DESUMTÆ.

*Quas*

Annunte Amplissimo Philosophorum Ordine,  
sub PRÆSIDIO

DN. M. JOACH: ERNEST:

*Berger/*

Grampzoiviensis Ukero-Marchitæ, Inclytissimi  
Gymnafii BEROLINENSIS Sub-R. nunc vocati,  
& benè meriti,

*Ex*

*Privatis Ejusdem Discursibus hinc & inde excerptas,*

In Auditorio PHILOSOPHURUM


Publicè add. Septembr. A. O. R. M DC LXXXIX.  
& amicè ventilandas proponit

JOACHIMUS *Bernn/*

Brandenburgensis.


---

ROSTOCH, Prælo RICHELIANO.



A. 22 A.  
 TOTHOM'S EXHIBIT ORALIS  
 II  
 SOPHICIS  
 DESSUMTA

Amante Augustino (The...  
 DM. M. JOACHIM...  
 in G...  
 JOACHIM'S...



## POS. I.



Anifestum est, ac ipso meridiano sole clarius, non aliam rectæ rationi, humanæque conditioni accommodam esse & consentaneam Philosophiam, quam Eclecticam; imò impossibile esse, quæquam utiliter, & eum scientiarum augmento philosophari, nisi Eclecticorum more philosophetur. *Vid. Job. Christoph. Sturmii, Philosoph. Natur. & Mathem. in celebri Altorfina, Professoris Publici, Philosoph. Eclect. cap. II. S. 4. p. m. 22.*

## II.

Contra ea verò, Philosophiæ Sectariæ nullam esse necessitatem, nec ab ea in Ecclesiam Rempublicamve ullam redundare utilitatem, egregiè planè multis rationibus selectissimis, pro & contra allatis probat, *Excellentiss. Dn. D. Christian. Thomasius Introd. ad Philosoph. aulicam p. m. 42. 43. seqq. quem omnino vide.*

## III.

Maximè autem allaborabit genuinus Eclecticæ Philosophiæ Studiosus, ut in discursu tum publico, cum privato, Cunctis se præbeat benignum, Omnibus æquum.

)( 2

Cra-

Crabrones enim sunt feroculi illi, qui, ut docti videantur, aliis insultant, cumque prodesse nulla re possint, strepitu saltem molesti sunt. *Conf. Dn. D. Daniel. Georgii Morbofii celebratissimi hodiernum Polybistoris, Polybistor, Liter, Libr. 1. cap. 15. de Conversatione erudita f. m. 256.*

#### IV.

Vis determinatè hoc vel illiud significandi, Vocabulis non in est à natura, aut intrinseca quâpiam necessitate, sed ex mero hominum arbitrio atque instituto. *Adde Illustr. Dn. Pufendorffii de I. N. & G. Libr. IV. cap. 1. §. 4. p. 455.* Cum verò dicitur, nomen significare ex impositione, sensus est, quod nomen significet id, cui significando ab hominibus est impositum, e. g. vox homo significat ex impositione, quia scilicet ab hominibus imposita est, certæ alicui rei significandæ, seu ab hominibus ordinata est, ad significandum aliquid, nempe animal, quod rationis est particeps, docente *Dn. D. Bechmanno in Institutionibus Logica ex Aristot. Libr. II. c. I. p. 205. Cui & subscribunt, pluribusque evolvunt, quos etiam ipse citavit, Athanas. Kircherus Oedip. Ægypt. Tom. II. Class. II. cap. I. Disq. 2. Hornejus Inst. Logic. Libr. II. Cap. III. & quem nos ultimo loco addimus, Philip. Du Trieu manduct. Logic. tract. 2. part. III.*

#### V.

An tres figuræ sint syllogisticae? frequenter disceptant Logici. Adsunt, qui quartam illam figuram (quam invenisse Galenus dicitur, ut ei attribuit Averroës cap. VIII. Libr. I. priorum analyticorum) ad primam referunt: Adsunt, qui eam ab aliis tribus distinctam esse docent:

cent: Adfunt denique, qui nullius usus esse illam contendunt. Si dicerem, quod res est, faterer, istam Gallenicam à numero reliquarum temerè excludi. Si enim necessitatem concludendi spectes, eandem quoque habet Gallenica; si utilitatem, non scilicet major, est secundæ & tertiæ, quam quartæ. *Conf. Cl. Hartnaccl comp. Controversf. & qui fusissimè de illa re egit Zabarella, in opp. Log. p. 41.*

## VI.

Errat *Renatus des Cartes, P. I. P. P. Ph. num. XVIII. & seqq. num. XXII.* prætendens, dari quendam DEI in hominibus ideam ipsis connatam, & ab ipso DEO inditam; eam esse quoddam ejus repræsentamen & imaginem; esse item quoad esse suum vicarium, DEUM ipsum, atque proinde eatenus infinitam. *Conf. B. Musæi introductio in Theologiam cap. II. p. 61. sententiam istam Cartesi uberioribus explicantis & refutantis. Petri van Mastrich. S. S. Theolog. D. & Profess. Duisburgens. in Novitatum Cartesianorum gangrena s. Theologia Cartesiana, cap. II. p. 198. Gerhard. de Vires Exercit. II. §. 6. seqq. p. m. 12. Quibus omnibus adhuc, addere non pigebit Job. Baptistam Morinum in Astrologia Gallica, ubi rem totam pluribus solidè excussit.*

## VII.

Finem veram nos causam esse affirmamus. Is enim causarum Princeps est, *Job. Baptista Du Hamel Philosoph. U. & N. Tom. prior p. m. 271.* ad quem cæteræ causæ omnes referuntur, & ipsò sublatò, reliquæ etiam tolluntur. An verò argumentum hoc: O. causa realiter influit, Finis non realiter influit, Ergò finis non est causa, achilleum plane fit, imò tanti, ut in contrariam sententiam



quemlibet abripiat, (quod N. in Coll.MSS. experimentali Physico fatetur) id forsitan pro re nata in Conflictu publico videbimus. Cæterum finem esse causam, quo prætextu quidem negarint nonnulli, *Vid. in Maxime Reverendi Dn. D. Veltbemii Institutionibus Metaphysicis certè absolutissimis pag. 1469.*

## VIII.

Itidem actiones & DEI & Mortalium omnes, propter certam & finalem causam fieri, docent Philosophorum Plerique. An verò & Bruta propter finem agant, & in quo formaliter ille modus agendi consistat, non æque conveniunt certò. Nos missis aliorum sententiis impræsentiarum defendimus; Bruta agere propter finem, sed ut dicitur materialiter tantum, quatenus sc. finis bonum quid nude reputatur, non verò formaliter, quia, inter finem & media, ad istum finem ducentia, beneficiò rationis discernere nequeunt. *Conf. etiam, qui nobiscum consentit, D. Job. Adam Osiander in Observationibus ad Libr. III. Hugonis Grotii de Jure Belli & Pacis p. m. 53.*

## IX.

Agnus Tartaricus, aut vegetabilis vulgò, (cujus mentionem faciunt, Olearius Itinerarii Libr. III. cap. XXIV. Libavius Part. II. Sing. Fortunatus Licetus Libr. III. de sponte vivo ort. Lib. 45. ut & Happelius in Relationibus suis curiosis passim) non brutum, sed planta est.

## X.

Etsi de numero Elementorum nunc nulli litem move-

vemus, ordinem tamen illorum per certos liqvores distinctos, distinctè exhiberi posse, solidioribus adhuc & approbatoribus experimentis destituti, non credimus.

## XI.

De Motu levium & gravium vix judicare recte ullus poterit, nisi Machinas Mechanicæ fundamentales, earumque potentias, ritè & benè cognoscat. *Vid. de his eleganter differentes Athanas. Kircherum Mundi subterranei Libr. I. Dn. Sturmium Colleg. Experiment. s. Curios. Tentam. XI. pag. m. 66. seqq.*

## XII.

Differunt insigniter, forma adfistens, & forma informans. *Hæc perficit materiam & ens in suo esse completo constituit. Ista enti in actu completè constituto extrinsecus accedit, peragendisque operationibus quasi adfistit B. D. Scherzerus Manual. Philosoph. & Noldius in legg. Disting.* Anima autem rationalis non est forma adfistens, sed informans hominis.

## XIII.

Non malè agunt Historiæ Ecclesiasticæ, illi Scriptores, qui, delineaturi N. T. historiam, hoc negotium à tempore Joh. Baptistæ auspiciantur, singulasque adeo totius rei circumstantias pensi habent.

## XIV.

Jus Naturæ & Decalogus differunt, sed non specie.  
*Conf.*

*Conf. Dn. Velth. Introd. ad cap. I. Hugonis Grotii p. 55. seqq.  
Venerand. Dn. D. Alberti Compend. Juris, Natura orthodoxa  
Theolog. conform. Part. I. p. 1. § 103. ad ultimum verò mem-  
brum, B. Danbauer, Colleg. Decalogic. Diss. I. §. 20. p. 15. Ri-  
vetum in explicatione Decalogi Exod. XX. Nicol. Hemming-  
in apodictica methodo de Lege Natura superiori  
seculo Anno 77. Witteberga im-  
pressa.*

**TANTUM!**

---

Conjunctissimo Amico,

**KERNIO SUO,**

SS. LL. & PHIL. PUR. Studiofo solertissimo,  
felicissimo.

**S**ic nunc bis scandis cathedram, Doctissime KERNI,  
Ingenuæ mentis, signa venusta probas.  
Gratulor ex animo, faxitqve Jehova triunus!  
Ut redeas tandem, nactus honore domum.


Inter varios & concatenatos  
festinantissimè scribebat

**PRÆSES.**









em tamen illorum per certos liqvores di-  
tè exhiberi posse, solidioribus adhuc & ap-  
experimentis destituti, non credimus.

### XI.

levium & gravium vix judicare recte ul-  
i Machinas Mechanicæ fundamentales, ea-  
tias, ritè & benè cognoscat. *Vid. de his  
ntes Athanas. Kircherum Mundi subterranei  
mum Colleg. Experiment. s. Curios. Tentam.  
99.*

### XII.

insigniter, forma adfistens, & forma infor-  
erficat materiam & ens in suo esse comple-  
*Ista* enti in actu completè constituto ex-  
it, peragendisqve operationibus quasi ad-  
*erzerus Manual. Philosoph. & Noldius in legg.*  
na autem rationalis non est forma adfi-  
mans hominis.

### XIII.

agunt Historiæ Ecclesiasticæ, illi Scripto-  
eaturi N. T. historiam, hoc negotium à  
baptistæ auspiciantur, singulasqve adeo to-  
tantias pensi habent.

### XIV.

æ & Decalogus differunt, sed non specie.  
*Conf.*